TONBRIDGE SCHOOL

Specimen paper for entry into Year 12

# Latin

**Time allowed : 45 minutes**

**Total Marks : 50**

**Answer the question on the lined paper provided**

*Translate the following passage into English on the lined paper provided.*

**Manlius Torquatus puts his duty as a general above his feelings as a father.**

dum Romani contra Latinos pugnant, Manlius Torquatus exercitum ducebat; filius eius, Titus nomine, equitibus praeerat. Torquatus, vir severus sed pugna fortissimus, suis imperavit ne extra ordinem irent ut cum hostibus pugnarent. disciplinam enim militum hoc modo augere volebat. Titus tamen prope stationem quandam Latinorum aderat. ibi Geminus Minucius, equitum hostium dux, ridens dixit eum secum pugnare timere. Titus igitur tam iratus erat ut, verborum patris oblitus, illum saevissime oppugnatum necavit et arma cepit.

ubi in castra rediit, arma Minucii patri statim dedit. Torquatus tamen vultum a filio avertit et 'Tite Manli' inquit 'quod neque imperatori neque patri paruisti, te interfici iubeo'. his verbis dictis omnes milites miseri erant. Torquatum enim ferocius egisse credebant quam deberet. sed ex illo tempore ei semper parebant et officia sua diligentius faciebant. Latinis igitur hoc anno superatis, Torquatus a militibus laudatus est.

**Names**

| | |
|---|---|
| Latini -orum (*m pl*) | Latins, people of Latium |
| Manlius -i Torquatus -i (*m*) | Manlius Torquatus (*also called just Torquatus*) |
| Titus -i (*m*) | Titus (*also called Titus Manlius*) |
| Geminus -i Minucius -i (*m*) | Geminus Minucius |

**Vocabulary**

| | |
|---|---|
| equites -um (*m pl*) | cavalry |
| praesum -esse | I am in charge of (+ *dat*) |
| pugna -ae (*f*) | fight, fighting |
| ordo -inis (*m*) | line |
| disciplina -ae (*f*) | discipline |
| augeo -ere | I increase (something) |
| statio -onis (*f*) | outpost |